



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Quàm efficax sit apud Deum Oratio: & vnde ei hæc efficacia. iiii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

Christus. Sicut enim ipsum resurgendo perduxit ad Patrem: ita & te illi per resurrectionem representant. Quia ut te inuideret ad celum, ad terram descendit: sed non deseruit celum.

VERBA HANANI PROPH. AD ASA
REGEM IVDÆ.

I I. Paralipom. XVI.

Oculi Domini contemplantur uniuersam terram, & præbent fortitudinem his qui corde perfidei credunt in eum.

CONSOL. EX ORAT. DOMINICA.

Quàm efficax sit apud Deum Oratio: & unde ei hæc efficacia.

CAPVT
IIII.

Psal. 146.
Luc. 12.

Quàm sit efficax apud Deum Oratio, multis ac præclaris utriusq. Testamenti exemplis declaratur. Si causas huius rei quarimus: in promptu sunt. Prima est, naturalis illa & incòprehensibilis Dei BONITAS. Hac miseris nostris tangitur: hac inuentis etiam dat escam ipsorum, & pullis cornorum inuocantibus eum. Altera est, illius DILECTIO: qua & ipsa immensa est & infinita. Hanc si addamus naturali illi Bonitati, facile apparebit, quid apud eum possit afflictorum oratio. Præterquam enim quòd summè bonus est: etiã supra modum nos diligit. Unde fit, ut anima condonabilia petenti nihil negare possit. Tertia est, illius PRÆCEPTO de orando adiuncta PROMISSIO. Nam qui optimus est, quique impensè nos diligit, orare nos iussit: operumque suam pollicitus est.

Psalmo XLIX. Inuoca me in die tribulationis: erua me, & honorificabis me.

Psal. XC. Clamauit ad me, & exaudiam eum: cum ipse fuerit in

in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum.

Esaia: LXV. Eritq; antequam clamet, ego exaudiam: illuc illis loquentibus, ego audiam.

Matthæi VII. Petite, & dabitur vobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

Marci XI. Dico vobis, omnia quaecunque orantes petitis, credite quia accipietis, & enesient vobis.

Ioannis XVI. Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Oportet autē fidem adhibere firmissimam Promissis Rom. 10.
diuinis. Siquidem primus ad orationem nos incitās sti-

mulus, est nostra i. Deum fides: quam spes & charitas, indiuulsa vera a fidei comites, fulciūt. Vt sciamus omnia

bona tanquam ex suo fonte à Deo petenda esse: simulq;

speremus, ea ipsa Dei bona in hoc ab eo parata esse, ut

nostris utilitatibus inserviant: sicq; accensi charitate

in Deum, cum fiducia accedentes ad thronum gratia

eius, petamus nobis necessaria: scientes, nos diuitem &

benignum habere Dominum. Cum autem in verbis suis Heb. 4.
fidelis sit & verax Dominus: utiq; ritè orantibus iam

ex promissione sua existit debitor. Et cum ad præstan-

dum, quod promittit, abundet, ita ut ad opitulandū nec

desit facultas, & prompta semper adsit voluntas: ple-

nam utique salutem Orationis beneficio impetrare li-

cet, ut fiat quod scriptum est: Omnis qui inuocauerit

nomen Domini, saluus erit. Ideo Proph. David ait: Pro-

pe est Dominus omnibus inuocantibus eū: omnibus inuo-

cantibus cum in veritate. Voluntatē timentiu se faciet,

& deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.

Septem petitionum Orationis Dominicæ, ad cor-

roborandum ægroti animum, Expositio.

Beneficentiā suā Deus multis modis in nos ostendit. CAP. V.
Qui: cum nō essemus, fecit nos: cum ex culpa nostra